

Eilhard Lubin Johannes Waterham

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro  
: Vigesimaecunda, Diluuntur Obiectiones Judaeorum Adversus Christum**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756650143>

Druck Freier  Zugang



R. U. theol.  
Lubinus, Eilh.  
d'isp. de veritate relig.  
christianae 1-24.  
1602:03.  
1601-1602

Contenta :

- ① Frid. Cressius, De veritate religionis christianae I 1601
- ② Das. Rezzius, De ver. rel. chr. II 1601
- ③ Hart. Kallerwordatus, De ver. rel. chr. III 1601
- ④ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. IV 1601
- ⑤ Abr. Drentrot, De ver. rel. chr. V 1601
- ⑥ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. VI 1601
- ⑦ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII 1601
- ⑧ Boc. Hagius, De ver. rel. chr. VIII 1601
- ⑨ Daw. Nicolai, De ver. rel. chr. IX 1601
- ⑩ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X 1602
- ⑪ Joen Vintor, De ver. rel. chr. XI 1602
- ⑫ Werner. Fabricius, De ver. rel. chr. XII 1602
- ⑬ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XIII 1602
- ⑭ Frid. Cressius, De ver. rel. chr. XIV 1602
- ⑮ Das. Rezzius, De ver. rel. chr. XV 1602
- ⑯ Hart. Kallerwordatus, De ver. rel. chr. XVI 1602
- ⑰ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. XVII 1602
- ⑱ Werner. Fabricius, De ver. rel. chr. XVIII 1602
- ⑲ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX 1602
- ⑳ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX 1602
- ㉑ Daw. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI 1602
- ㉒ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII 1602
- ㉓ Joen Vintor, De ver. rel. chr. XXIII 1602
- ㉔ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XXIV 1602

Disputationum  
DE VERITATE  
RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,  
EX P. MORNÆI, DE  
EADEM LIBRO,

Vigesima secunda,  
DILVNTVR OBIE-  
CTIONES IVDÆORVM  
ADVERSVS CHRISTVM.


*Quam*

DEO DVCE ET AVSPICE  
P R A E S I D E  
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-  
dere conabitur*

IOHANNES VVATERHAM  
Herfurdienfis VWestph.

*Hora & loco consueto.*



ROSTOCHII  
Exprimebat Christophorus Reusnerus,  
ANNO M. D. CII.

52

Diffinition  
DE VERITATE  
R. K. G. N. S.  
CHRISTIANE  
EX P. N. O. R. A. S. I. D. I.  
EDEM LIBRO.

Viginti secunda  
DILUVIIUM



AD  
DEO D. T. S. I. C. H.  
P. R. A. S. I. D. A.  
RICHARDO LUBINOW

In hoc tractatu  
de  
JOHANNES VATERHAM  
Hamburgensis V. S. S. S.  
Hoc est loci consuetudo.

ROSTOCHII  
Reximel et Christophorus Reuterus  
MDCCLXXII



ΕΤΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO VICESIMASECVNDA.

DILVNTVR OBIE-  
CTIONES IVDÆORVM  
ADVERSVS CHRISTVM.

I.



Qvod initio Iudæi objiciunt, Iesum à Synagogâ & Ecclesiæ proceribus non fuisse receptum, falsum esse arguit Simeon Iustus, Iohannes Baptista, Gamaliel, Iosephus, qui veritatis & legis studiosos ipsum sectatos testatur, Rabbi Nehumia, qui se Iesu discipulum testatur, Et R. Hecadosch, qui in Christo omnes conditiones Messiæ describit, &c.

II.

Verùm ipsum à proceribus & suis non agnitum iri prædixerunt Prophetæ. David ipsum lapidem anguli vocat; Esaias cæcitatem & scandalum Iudæorum ob humilitatem Messiæ prædixit, neminem suo auditui crediturum; Zacharias, qui ipsum à suis crucifigendum, & Moses atq; Esaias contrâ, gentes eum receptoras prædixit.

III.

Idem prædixere antiqui Rabbi Samai, R. Hija, R. Iohanam, R. Iacob, R. Iudas, R. Nahorai, R. Nehemias, R. Natronai, Israëlem Messiam non agniturum, speluncam latronum fore, pejo-rem aënis & bobus fore, qui præsepe domini sui noscant, gentes illi substitutum iri. Et testatur Thalmud à recentioribus scriptum, ipsos à Spiritu Dei desertos esse, & à Diabolo eos agitari liqui-  
dissimè convincens.

## IV.

Quod Iudei de humilitate & modo et tempore adventus non ad-  
ventum talem prædictum esse, qui non externa regna, sed Diabo-  
lum & peccata subigeret. Qui divinam suam naturam in humili  
illa formâ longè manifestiorem fecit, quam si externâ vi gentes  
debellâset, quod etiam minimus angelorum faciliè potuisset.

## V.

Quod tertio objiciunt sub Messia pacem diuturnam fuisse à  
prophetis promissam, Responderi poterat tempore, quò Christus  
natus, Augusti, toti mundo pacem fuisse. At videant quid sibi  
ipsis respondeant, qui sub Messia prælium contra Gog & Magog  
fore dicunt, & secundum Messiam in prælio occubiturum esse.  
Verum justiciam & pacem à peccatis & Diabolo spiritalem à Ie-  
saiâ, Michâ Jeremiâ prædictam esse non animadvertunt. Nam  
externa bella secundo Christi adventu cum in gloriâ suâ, mun-  
dum judicaturus, venerit, demum cessatura R. Elieser aperte  
dixit.

## VI.

Quod quartò à Zachariâ prædictum, montem Olivarum ex  
dimidio sui ad orientem & occidentem scissum iri, non accidisse  
objiciunt: Sciendum Romanos urbem obsidentes eo loco Val-  
lum cum fossâ duxisse, & ex ea parte potissimum urbem oppu-  
gnasse, ut ex Iosepho constat.

## VII.

Volunt etiam ex verbis Prophetæ (montem Domini supra  
cæteros sublatum iri) Hierosolymam tribus leucis in aëra Messie  
tempore sublevari: cum verba Prophetæ de verbo Christi in  
monte sancto Hierusalem revelato, altissime per totum orbem  
diffeminando intelligantur.

## VIII.

Quod etiam postulant lupum cum agnis habitare, & vias  
complanari, De conversione gentium & officio præcursoris para-  
bolice & figurate explicatur etiam à Rabbi Mose Ben Maimon,  
R. David Kimhi, & Jonathan Paraphraste, R. Rambam, &c.

## IX.

Objiciunt etiam ex Prophetis Idolatriam cessaturam esse.  
Verum

Verum hanc etiam prophetiam impleram sufficit. *Psalm. A Ty-*  
*ria. Oracula hinc & inde tentantem laeliam eorum evitavit & o-*  
*racula cessantia restantur, Quibus humana victima, & fœdera*  
*atrocissima exigebantur. Quo nomine Tiberij tempore inter-*  
*rogabatur, cur oracula obmutuissent, & cur Dæmones non ut an-*  
*tea operarentur.*

X.

Objiciunt etiam non omnes populos Christum secutos esse.  
Cum dicatur omnes homines nullâ prærogativâ ad regnum Chri-  
sti admissum iri. Eiusdem farinae est cum semen Christi sempi-  
ternum esse dicant, cum nullam Iesu sobolem videant. Cum  
ibi per semen discipuli Christi intelligantur, in mundo nunquam  
desituri.

XI.

Objiciunt demum Iesum Religionem à Deo institutam im-  
mutasse, quam nos & rectissime explicasse, & perfectissime im-  
plevisse scimus. Quod enim circumcisionem sustulit, fuit illa  
signum illius, qui juxta Mosem cor suorum circumcisorus & à  
peccato mundaturus erat, ut Deum toto corde diligerent. Quia  
signum quidem carnale erat, res autem spiritualis.

XII.

Non jam dicam quod Cabala Messiam remedium serpentis  
morsui allaturum, novum fœdus allaturum, circumcisionis ne-  
cessitatem sublaturum asserat.

XIII.

Constat etiam sacrificia signa esse, quæ nisi ad signatum nempe  
Messiæ sacrificium universale pro humani generis propitiatio-  
ne, ad mortem, inquam, Messiæ & ad interiorem cordis mundi-  
ciem referantur, vanitates sunt, & abominationes coram Deo, ut  
passim Esaias, Micha, David & alij prophetæ loquuntur. Quæ  
sacrificia aliquando per præsentiam Messiæ signati desitura fuisse,  
prædictum fuit à Daniele & Malachia.

XIV.

Iam, ut non dicam sacrificia ex lege institui templo & urbe  
Hierosolomitana deletis non potuisse, ipsi Rabbini fatentur  
omnia sacrificia cessatura, uno laudis & confessionis sacrificio ex-



cepto, & Sabbathum illum rumpere posse, qui mandatum à Deo annunciat, & animalia sub lege impura, sub Christo pura fore. Etiam legem demenstruo muliebri in regno Messix cessaturam.

XV.

Nec est quod regerant circumficionem, Sabbathum, Pascha in sempiternum instituta esse, cum alij ex Hebræo textu durationem temporis diurnam & continuam intelligi convincant, multis veteris testamenti testimonijs.

XVI.

Quid? quod Ieremias disertè dicit quod Iehova cum domo Iuda novum fœdus velit ferire; & aliud ab illo, quod pepigerit, ut educeret eos ex Ægypto. Quæ verba Iudæi ipsi de novo fœdere, & alijs gentibus in domum Israel per Messiam inferendis intelligunt; qui addunt legem Mosis nihil fore ad legem Messix, & fore ut accidens ad substantiam.

XVII.

Quod obijciunt, In Deum non cadere hanc fœderis mutationem, falluntur. Quia quidquid promisit Deus, illud juxta omnes circumstantias absolutissimè præstitit. Qui signum, circumficionem iussit, masculinum esse circumcidendum. Iussit & signatum corda esse circumcidenda, quod regenerando demum Christus fecit, quatenus venit ut legem perficeret.

XVIII.

Iam non dicam, quod gentes in Ecclesiam recipiendæ signo illo circumficionis, quod posteris Abraham secundam carnem peculiare erat, insigendi non fuerint.

XIX.

Iussit etiam Deus juveneam & agnum offerri. Iussit & contritum & humiliatum cor. Hoc autem signatum in illo signo verè præstitit Messias agnus ad mactandum ductus, portans peccata nostra. Qui cum venerit ut legis ceremonias consummaret, nosq; ab illarum iugo liberaret suo unico & universali sacrificio, ob id oblationibus, & sacrificijs hisce finem imposuit.

Cete.

X X.

Cæterum leges utriusque tabulæ, quæ non figuræ erant, non modo non abrogavit sed rectè explicavit, non ad superficiem corporis, sed ad intima cordis referens, & eas severe mandavit, suaq; obedientiâ perfectissimè implevit. Docens unum omnium Deum colendum, & proximum omnem hominem esse diligendum.

XXI.

Officium denique hominis non ad externa, sed ad cordis mundiciem retulit, pro effigie rem ipsam, pro carne mentem postulans. Quibus Lex non aboletur, sed impletur.

XXII.

Et Cabalistsæ docuerunt, legem homini datam esse ad serpentis morsum tollendum, idque non ut eam implerent, quod utiq; non possent, sed ut discerent quam procul per labem ipsius veneni à Deo abessent.

XXIII.

Si urgent adhuc hanc regulam ab initio non esse præscriptam non observant Mosen & Prophetas hæc semper illos docuisse, corda circumcidenda, laudem Deo sacrificandam esse; Hoc est cultum Spiritualem exigi.

XXIV.

Nam quod mundana & caduca bona etiam pollicetur, & corporalia exigit Deus, facit ut præceptores, discipulis bellaria offerentea, ut eos ad officium excitent. Cum si Deus ipse verbis suis officium sibi ab homine debitum postularet, homo prorsus illud intelligere nequiret, longè minus præstare.

XXV.

Hinc Israëlites Mosen, non Deum secum loqui postulant. Et Esaias Israëlitis lineis & præceptis opus esse dicit, ut pueris recens à lacte depulsis, Et Apostolus nos sub lege tanquam *πυδαινογία* fuisse dicit.

Cum


XXVI.

Cumque natura, quæ legis loco nobis esse debuit, a nobis per  
lapsum miserè corrupta sit, de quæ illâ conscientia adhuc superfit,  
data est lex, cujus obedientiam cum nemo assequi, conscientiâ te-  
ste, possit, ad illum confugiendum est, qui suâ obedientiâ omnium  
nomine satisfecit, qui est rex animorum Spiritualis. Cujus  
gratuitâ gratiâ salvamur. Cui laus & gloria in  
æterna sæculorum sæcula. Amen.









ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-  
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum nē-

tionem illam repentinam, quā Deorum cultus  
nt, ad constellationem referunt, quā mundum  
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-  
ominari supponunt, quæ vesanorum hominum  
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,  
imis sæpe religionibus inbuti, quā insaniam suam  
Cumq; Planeta climatis religionis Judaicæ  
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere  
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-  
♄ Chaldaicam, cum ☉ Aegyptiam, cum ♃ Mahu-  
a, cum ♁ Antichristianam, Addunt a. magnas medias  
interq; se de religionis domo variè contendunt (quæ  
ex fo) prius inter se insulsi & insani conveniant, an-  
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis  
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,  
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod nex  
Astrologorum somnio sex esse possint Religiones  
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius  
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-  
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pio-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-  
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso  
on cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis  
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-  
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-  
xtendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-  
nyanæi, Appulei Madaurenfis. Cum Simon vel eo-  
is sit, Iesu divinitati concesserit. Et cuius Diabolica  
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-